

Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks

This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

29752 e. 11



Presented by Fred C Conybeare
1912

Dionysii Catonis
disticha moralia

latino et bohemico metro edita auctore

J. A. Comenio.

Maudrého Katona
mravná poučování

z latinského metricky přeložil

J. A. Komenský.

Nyní v nově na světlo vydaná bez proměny dle prvního Amsterodamského vydání.

V Praze, 1842.
Tiskem a nákladem Anny ovdovělé Špinkové.

Lectori Bohemo Salutem!

„Quisquis ille fuit, qui disticha haec moralia composuit, ita illa inscripsit, quia probitas Catonis vel proverbio nota erat omnibus“ inquit Josephus Scaliger. Caspar vero Barthius ita de illo: „Si non dudum libellus iste ante pulverulenta magistrorum subsellia fuisset damnatus, inter posterioris aevi principes locum obtineret; versus enim est Latinus, acutus, eruditus, facilis.“ Iterumque Scaliger: „Nos temporibus Commodi aut Severi recentiorem non credimus etc. Ego mihi sum conscius, multos gravissimos et doctissimos viros non puduisse, jam provectos aetate haec disticha memoriter discere.“

Nec certe ipsum Scaligerum, omnis eruditionis principem, ea in Graecum transferre puduit, sicut et alios viros doctos suas in linguas. Non alienum itaque putavi, si nostro etiam illum ore, non loqui tantum, aut rhytmus ludere, sed pari suavitate metri cantillare faciamus. Quodquam bene simus assequuti (sive sensus proprietatem, sive metri elegantiam et sermonis nervos spectes), judices, quidquid potes.

Divisi fuerunt hi versiculi in libros quatuor, a quo, et cur ita, nescio; cum distinctionis illius nulla appareat causa, similis argumenti gnomis hinc inde disjectis. Ego igitur eas nonnihil digessi in capita quinque: I. Officia hominis erga Deum, II. Officia erga se ipsum, III. Erga proximos, IV. Erga familiam, V. De mortalitate.

Majorisve lucis causa disticha numeravi, ordine a primo ad ultimum. Vale.

BODLEIAN
14·6·1912
LIBRARY

Patrii sermonis amans

J. A. C.

Čtenáři českému pozdraveni!

„Kdotkoli byl, kdož ty latinské verše o životu mravném složil, titul jim dal od moudrého Katóna, jehož počestnost tak všechněm známa byla, že, kdožkoli co vážně mluvil, psal, činil, Katónem jmenován byl," dí Josef Scaliger. Bartolus pak takto napsal: „Kdyby knížečka tato od školmistrů do prachu školního nebyla odsouzena byla, mezi nejpřednějšími spisovateli poslednějšího věku místo by měla; nebo jest švarnou latinou jemně a uměle sepsána." A Scaliger opět: „Nezdá se býti poslednější časů Kommoda císaře nebo Severa. Já toho svědom jsem, (dí tentýž, že někteří znamenití a učení muži nestyděli se i v hojném již věku veršům těmto z paměti se učiti."

Aniž se styděl sám Scaliger do řeckého jazyka veršem tak pěkným je uvésti, jako i jiní učení muži do jiných jazyků. Nezdálo se tedy od věci, i česky mu poručiti mluviti, ne tak rytmem, jako metrem také. Což jak dobře spraveno jest, (co se buď vlastnosti smyslu, neb ušlechtilosti metru, neb jadrnosti řeči dotýče), nech soudí, kdo souditi můž.

Rozděleni bývali tito veršíkové na knihy čtyry, od koho, a proč tak, nevím; poněvadž pořádku v nich žádného není stranu věci, rozházené všecko sem tam. Spořádal jsem je trošku na kapitol pět, tak aby obzvláštně stálo: I. Jak se chovati má člověk k Bohu, II. Jak k sobě sám, III. K bližním, IV. K čeledi, V. O smrtedlnosti.

A pro větší zřetel počítám verše koncem ven. Měj se dobře.

Otcovského jazyka milovník

J. A. K.

Catonis Moralia.

Securam quicumque cupis traducere vitam,
Nec vitiis haerere animum, quae moribus obsunt:
Haec praecepta tibi semper relegenda memento;
Invenies aliquid, in quo te utare magistro.

Caput I.

Officia hominis erga Deum.

Si Deus est animus, nobis ut carmina dicunt:
Hic tibi praecipue sit pura mente colendus.
Mitte arcana Dei, coelumque inquirere, quid sit;
Cum sis mortalis, quae sunt mortalia, cura.
Quod Deus intendat, noli perquirere sorte;
Quid statuat de te, sine te deliberet ipse.
Multum ne cures venturi tempora fati;
Non timet is mortem, qui scit contemnere vitam.
Thure Deum placa, vitulum sine, crescat aratro;
Ne credas placare Deum, dum caede litatur.
Cum sis ipse nocens, moritur cur victima pro te?
Stultitia est, morte alterius sperare salutem.

Caput II.

Officia hominis erga se ipsum.

Plus vigila semper, ne somno deditus esto,
Nam diuturna quies vitiis alimenta ministrat.
Virtutem primam esse puta compescere linguam;
Proximus ille Deo, qui scit ratione tacere.
Sperne repugnando tibi tu contrarius esse;
Conveniet nulli, qui secum dissidet ipse.
Quae nocitura tenes, quamvis sint cara, relinque;
Utilitas opibus praeponi tempore debet.

Moudrého Katona mravná poučováni.

Kdožkoli svůj bezpečně život zde stráviti žádáš
V zlých a nemíti věcech váznoucích škodlivé mysli:
Teď, čemu já tě učím, vše to bedlivě vážiti pomni;
Něco tytýž najdeš, že budeš svým sám sobě mistrem.

Kapitola I.

Gak se chovati má člověk k Bohu.

Jestliže Bůh duch jest, svaté jakž písmo vynáší:
Jej tedy ctíti duchem čistým znej býti povinné.
Nech Bohu tajností, v nebi co skryto, hloubati přestaň,
Jsa v smrti, radše pečuj zdejších jak užívati strastí.
Bůh co činit míní, předzvídati losně nežádej;
Nech sobě bez tebe Bůh, jak má tebe vésti, požádá.
Tvé věci jak osudem míní tobě jíti budoucně,
Tím se netrap; smrt máš jistau, jistý všeho cíl ten.
Modlitbou Boha kroť, vola nech, nechť roste ku práci,
V tom ty nevěř, aby Bůh se kochal, když krev se vylévá.
Proč k smrti, sám jsa vinen, dáváš ty hovádko nevinné?
Bláznovství z smrti jesti cizí spasení se nadíti.

Kapitola II.

Jak se chovati má člověk k sobě sám.

Bedlivě rád sobě čiň a ve spaní rozkoše nehleď;
Rozmařilost k hříchům bujným cele podněty dává.
Za cnost měj první, uměním držet ústa na uzdě;
Ten Boha nejbližší, jazykem kdo vládne rozumně.
Vrtkosti své mysli nedej sobě býti na odpor;
Nesrovná s žádným, neumíli sám sebe snésti.
Cožkoli znáš škodné, by milé bylo, dej v stranu, dej preč;
Vždycky užitku raděj moudrý sobě, než chuti šetři.

Cum quid peccaris, castiga te ipse subinde;
Vulnera dum sanas, dolor est medicina doloris.
Constans et lenis, ut res expostulat, esto;
Temporibus mores sapiens sine crimine mutat.
Rumores fuge, ne incipias novus autor haberi;
Nam nulli tacuisse nocet, nocet esse loquutum.
Cum te quis laudat, judex tuus esse memento,
Plus aliis de te, quam tu tibi, credere noli.
Cum fueris felix, quae sunt adversa, caveto;
Non eodem cursu respondet ultima primis.
Infantem nudum cum te natura creavit,
Paupertatis onus patienter ferre memento.
Ne tibi quid desit, quaesitis utere parce,
Utque, quod est, serves, semper tibi deesse putato.
Quod vile est, carum, quod carum, vile putato,
Sic tibi nec parcus, nec avarus haberis ulli.
Iratus de re incerta contendere noli;
Impedit ira animum, ne possit cernere verum.
Fac sumtum propere, cum res desiderat ipsa,
Dandum etenim est aliquid, cum tempus postulat aut res.
Quod nimium est, fugito, parvo gaudere memento;
Tuta mage est puppis, modico quae flumine fertur.
Utere quaesitis modice, cum sumtus abundat;
Labitur exiguo, quod partum est tempore longo.
Luxuriam fugito, simul et vitare memento
Crimen avaritiae, nam sunt contraria famae.
Quod potu peccas, ignoscere tu tibi noli,
Nam nullum crimen vini est, sed culpa bibentis.
Successus noli indignos tu ferre moleste;
Indulget fortuna malis, ut laedere possit.
Prospice, qui veniunt, hos casus esse ferendos,
Nam levius laedit, quidquid praevideris ante.
Rebus in adversis, animum submittere noli;
Spem retine; spes una hominem nec morte relinquit.

Kdyžkoli hřích spácháš, pokutuj hned sám sebe, vždycky
Ránu vyocť sobě sám, ta bolest bude flastr bolesti.
Stále tuhý neb ohebný buď, jak příčina přijde,
Můž se měnit v povahách, i bez ouhony zůstana moudrý.
Ne vše, co víš neb zvíš, vypravuj, vyhybej novinárství;
Hneš mlčenou kam chceš, mluvení nese často pykání.
Když tebe kdo chválí, ty se sám rozsouditi pomni,
Více jiným o sobě nevěř, než sám sobě, nikdy.
Když štěstí blyští se, nevěř, zlé příhody boj se;
Zadní touž neběží kolejí kolo vždycky za předním.
Nah na svět poněvadž jsi vyšel, nah zase vyjíti
Máš, proč by chudobou, proč chtěl sobě stýskati medle?
Chcešli ty nouze nemít, toho, což máš, skrovně užívej,
A přichovat mínišli, co máš, toho mysl si nemíti.
Což laciné, sobě važ, co drahé, s tím dvorně ne nedraž;
Tak ani jmín mrhačem nebudeš, nebudeš ani dráčem,
Nic v hněvu nikdy nečiň, to slepý jest rádce, radím ti;
Hněv mysl těžce kalí, by spatřiti pravdy nemohla.
Nákladu těžce nevaž, sama když toho potřeba káže,
Kdo chce bráti, musí sázet, všudy něco za něco.
Na skrovném vždy rád přestaň, co je příliš, utíkej;
Vždycky lodi na malé vodě jsa bezpečněji zplývá.
Těžce věcí nabytých pamatuj jen mírně užívat;
Můž w dlauhém nabytá času věc brzo odbyta býti.
Skvostnosti outratné se varuj, jako zase lakomství;
Jsauť sobě odporné, škodné však rovně necnosti.
V hříchu opilství nic nelahoď sobě, nic i neffolkuj;
Víno není vinno hříchem, ale nezdrživost tvá.
Štěstím nic se lidí nepal, o nic jistě nehodných;
Těm štěstí lahodí, jimž síť, aby zvázli, napjná.
Před se pozorně hleď, by, jaké jsou příhody, patřil;
Neb tak obráží střela, když by ji, než je tu, uzřel.
Tvé věci jdouli zpět, zmužilé hleď mysli nepouštět,
Lép zase hned být můž, naději jen srdce podpírej.

Rem, tibi quam noscis aptam, dimittere noli;
Fronte capillata est, posthaec occasio calva.
Quod sequitur, quodque imminet ante, videto,
Illum imitare Deum, qui partem spectat utramque.
Fortior ut valeas, interdum parcior esto,
Pauca voluptati debentur, plura saluti.
Sit tibi praecipue, quod primum est, cura salutis,
Tempora ne culpes, cum sis tibi causa doloris.
Somnia ne cures, nam mens humana quod optat,
Cum vigilat, sperans, per somnum cernit id ipsum.
Instrue praeceptis animum, nec discere cesses,
Nam sine doctrina vita est quasi mortis imago.
Cum recte vivas, ne cures verba malorum;
Arbitrii nostri non est, quid quisque loquatur.
Segnitiem fugito, quae vitae ignavia fertur,
Nam, cum animus languet, consumit inertia corpus.
Interpone tuis interdum gaudia curis,
Ut possis animo quemvis sufferre laborem.
Quae tibi sors dederit, tabulis suprema notato,
Augendo serva, ne sis, quem fama loquatur.
Cum tibi divitiae superant in fine senectae,
Munificus facito vivus, non parcus amicis.
Quod potes, id tentes, operis ne pondere pressus
Succumbat labor et frustra tentata relinquas.
Quod merito pateris, patienter ferre memento;
Cumque reus tibi sis, ipsum te judice damna.
Multa legas facito, perlectis perlege multa,
Nam miranda canunt, sed non credenda poëtae.
Utere quaesitis, sed ne videaris abuti;
Qui sua consumunt, cum deest, aliena sequuntur.
Despice divitias, si vis animo esse beatus,
Quas qui suscipiunt, mendicant semper avari.
Commoda naturae nullo tibi tempore deerunt,
Si contentus eo fueris, quod postulat usus.

Když sobě příhodné co znáš, toho drž se, nepouštěj;
Dá z předu příhodnost se ujít, než jak mine, tam ta.
Často zpět za sebe hleď, hleď též před sebe časně;
Jest oči potřeba mít jadrné z zadu i z předu vždycky.
Zdráv aby byl, pamatuj, nechybíť toto, tráviti skrovně,
Však si zdraví povinen víc šetřiti nežli lahůdek.
Přední měj o zdraví péči, neb sic nenaříkej
Svau vlastní na nemoc, původ sobě sám jsa bolesti.
Snů nelapej, marná nebo mysl naše, když čeho žádá,
Čím se kojí na jewě, v spaní též ráda obírá.
Svau mysl pěkně napoj uměním, se učit nezanedbej;
Bez umění nic není život, než stín smrti marný.
Živ jsili dobře, lidí nic marných pomluvy nedbej;
Zahradit ústa lidem aby mohl, na to mysliti těžko.
Jímati tak se lenosti nedej, aby dřímati se zdál;
Rozmařilost jímáli mysl, hníje též tělo snadně.
Oddechu svým přej někdy pracem, přej mysli pohodlí,
Pod těžkým břemenem stálých aby neklesl strastí.
Poznamenávati hleď, coť Bůh dává skrze štěstí,
Drž to, co máš, by lidem rozprávkou někdy nebyl snad.
Dosti zboží a věcí dobrých mášli v věku sešlém,
S přátely živ mile buď, zanechej štědrosti památky.
Seč se čiješ, to dělej, nedělej, seč býti nemůžeš,
Tak aby začna nechat nemusel a i hanby neziskal.
Cožkoli hodně trpíš, trpěliv buď, měj se pokorně;
Jestli se znáš vinným, vlastním buď sám sobě soudcím.
Čti mnoho knih, a však co čteš, uvažuj všudy pilně,
Neb se ne všecko pravě, což jest kde psáno, nachází.
Živ z toho buď, což máš, tak však, aby marně neplýtval;
Své kdo mrhá, promrhá, a musí živ býti milostí.
Statku radímť, nedbej, žádášli si mysli pokojné;
Neb kdož statku lačen, nikdý ten dosti nemívá.
Míti budeš, co život žádá, svých vždycky pohodlí,
Přestávat jen chcešli na tom, což potřeba žádá.

Cum sis incautus, nec rem ratione gubernes,
Noli fortunam, quae non est, dicere coecam.
Dilige denari, sed parce dilige formam,
Quam nemo sanctus nec honestus captat ab aere.
Cum fueris locuples, corpus curare memento;
Aeger dives habet nummos, sed non se habet ipsum.
Resage, quae prosunt, rursus vitare memento,
In quibus error inest, nec spes est certa laboris.
Quod tibi suspectum est, confestim discute, quid sit,
Namque solent primo, quae sunt neglecta, nocere.
Si te detineat Veneris damnosa voluptas,
Indulgere gulae noli, quae ventris amica est.
Cum tibi praevalidae fuerint in corpore vires,
Fac sapias, si tu poteris vir fortis haberi.
Utere quaesitis opibus, fuge nomen avari!
Quid tibi divitiae prosunt, si pauper abundas?
Si famam servare cupis, dum vivis, honestam,
Fac fugias animo, quae sunt mala gaudia vitae.
Disce aliquid, nam cum subito fortuna recedit,
Ars remanet, vitamque hominis non deserit unquam.
Exercere studium, quamvis percepere artem;
Ut cura ingenium, sic et manus adjuvat usum.
Disce, sed a doctis, indoctos ipse doceto,
Propaganda etenim est rerum doctrina bonarum.
Laudaris quodcumque palam, quodcumque probaris,
Hoc, vide, ne rursus levitatis crimine damnes:
Tranquillis rebus quae sunt adversa, caveto;
Rursus in adversis melius sperare memento.
Discere ne cesses; cura sapientia crescit;
Vera datur longo prudentia temporis usu.
Ne pudeat, quae nescieris, te velle doceri;
Scire aliquid laus est, pudor est nil discere velle.
Cum Venere et Baccho lis est et juncta voluptas,
Quod lautum est, animo complectere, sed fuge lites.

Své věci hloupě veda, a slušným rozumem se neřídě,
Hleď nevinit štěstí že slepým, ono též slepě kráčí.
Groš ti milý bývej, ne pro blesk, než z potřeby; žádný
Ctný pro jiné nekochá se v něm, jako ve rzi daremné.
K svému zdraví bohatý hleď užívati moudře bohactví,
Lépe nemíti peněz a zdravé mít oudy a mysl svau.
Čiň, co že prospěje víš, co nevíš, aby prospělo, nech tak,
Blud na zdař se dělá, moudrý všudy jistoty šetří.
Když co podezřelé máš, co to jest, hned rozvrha, rozsuď;
Dá škodu často potom, co se časně vyníti zanedbá.
Kdo v sobě podněty sám cítíš bujnosti nečisté,
Obroku ujmi břichu, neb oheň bez podpalu tuchne.
Kdožs mocných z daru Páně dosáhl oudů těla svého.
Medle přidej duši své maudrost, a budeš muž udatný;
Poctivě mášli statek nabytý, sobě poctivě živ buď.
Stuchlík jest nemilý, kdož sám sobě skrbně počíná.
Chcešli pověst zachovat dobrou mezi lidmi, pokud živ,
Všech cností ostřihej, všeho neslušného utíkej.
Uč se, radímť, uč rád, neb štěstí snadně pomíjí,
Než učení to stále trvá, toť věčně nemíjí.
Coskoli již pochopil, cvičením sobě utvrditi hleď;
Vtip se ostrým pozorem brousí, ruka často dělánjm,
Uč se, než od umělých; neumíli kdo, sám poučit hleď;
Náležitá umění dobrá všudy šířiti věc jest.
Coskoli kdy chválil, a za dobré zjevně vyznával,
Hleď aby zas nehaněl; lehkosti by měl hanu jistou.
V štěstí neštěstí, jsili mudr, odkudkoli boj se;
V neštěstí štěstí zase očekávaje modl se.
Vždycky se rád přiučuj, pilností roste rozumnost;
Tolko zvykem se pravě dlouhým moudrosti nabývá.
Proč by se, když čeho ještě nevíš, proč naučiti hanbil?
Čest jest něco umět, nechtít se naučiti hanba.
Má líbosti bolest, bujnosti a vína kdo patří,
Ty hleď cnosti, bolest bude pryč, libo zůstane čisto.

Cum tibi displiceat rerum fortuna tuarum,
Alterius specta; quo vis discrimine pejor.
Quod potes, id tenta, nam litus carpere remis
Tutius est multo, quam velum tendere in altum.
Ereptis omnibus noli moerere querendo,
Sed gaude potius, tibi si contingat habere.
Est jactura gravis, quae sunt, amittere; damna
Sunt quaedam, quae ferre decet patienter amicum.
Quam primum rapienda est tibi occasio prima,
Ne rursus quaeras, quae jam neglexeris ante.
Cum tibi contingat studio cognoscere multa,
Fac, discas multa, et vites nescire doceri.
Conserva potius, quae sunt jam parta labore;
Cum labor in damno est, crescit mortalis egestas.

Caput III.

Officia hominis erga proximos.

Si vitam inspicias hominum, si denique mores:
Cum culpent alios, nemo sine crimine vivit.
Cumque mones aliquem, nec se velit ipse moneri:
Si tibi sit carus, noli desistere coeptis.
Contra verbosos noli contendere verbis;
Sermo datur cunctis, animi sapientia paucis.
Sermones blandos blaesosque cavere memente;
Simplicitas veri sana est, fraus ficta loquendi.
Dilige sic alios, ut sis tibi carus amicus,
Sic bonus esto bonis, ne te mala damna sequantur.
Rem tibi promissam certo promittere noli;
Rara fides ideo, quia multi multa loquuntur.
Officium alterius multis narrare memento,
Ast aliis cum tu benefeceris, ipse sileto.
Multorum cum facta senex et dicta recenses,
Fac, tibi succurrant, juvenis quae feceris ipse.

Kdyžť se věcí způsob tvých, tak jakž jest, kdy nelíbí,
Hleď na ty, jimž jest hůř, a cizí svou kroť ty bolestí.
Seč sebe znáš, to děley; vládnaut bezpečněji veslem
U břehu, nežli se na hlubinách v moc dávati větrům.
Zbytně škodí statku (přihodíli se) ztráty naříkat,
Kdyžť ale zas dá míti co Bůh, tomu rádu sluší být.
Jest sic těžko věcí potřebných snášeti ztrátu;
Jestliže však pro dobrého tratíš kdy co přítele, snes to.
Příhodnost první k činění čeho zmeškati, střež se,
Neb na druhau čekati, ztratě první, vždycky nejisto.
Příležitost k učení tebe potkáváli, mnohému
Uč se, radím, a nedej na se znát tesknosti nižádné,
Mášli co již nabytého, chovej, na jiné se nebezpeč;
Práce nejistá dál, podruhé zisk práce nejistý.

Kapitola III.

Gak se člověk chovati má k bližním.

Dášli pozor na život lidský, všech způsobů šetře:
Soudě jiného jiný žádný sám bez vady není.
Od napomínání, byť pak napomínati nechtěl
Dáti se, kdoť je milý, nikdy přestávati nechtěj.
Pilně varuj se řečí proti řečným dávati v půtku;
Řeč mívá leckdos, maudrost jest ozdoba řídkých.
Oulisných se řečí vždy varuj pochlebně lahodných,
Upřímné znamením řeči buď tobě prostota mysli.
Příti jiným pamatuj, nejbližší však sobě přítel,
Šetř aby byl; jsa jiným dobrý sám též sobě neškoď.
Z přípovědí se netěš, leč máš, co slíbeno, v hrsti;
Tím hyne víra nyní, že mnozí jsau na slova štědří.
Dobrodiní přijmešli jaké, jest hlásati vděčnost;
Pakli co sám ty jiným učiníš, mlč; hlásati hanba.
Jestli kdy skutky jiných soudit tobě starci přichází,
Suď i ty sám, cos, mlad jsa, činil, aby příkře nesoudil.

Ne cures, si quis tacito sermone loquatur;
Conscius ipse sibi de se putat omnia dici.
Exiguum munus cum dat tibi pauper amicus,
Accipito placide, plene et laudare memento.
Si tibi pro meritis nemo respondet amicus,
Incusare Deum noli, sed te ipse coërce.
Quod praestare potes, ne bis promiseris ulli,
Ne sis ventosus, dum vis urbanus haberi.
Qui simulat verbis, nec corde est fidus amicus,
Tu quoque fac simile, sic ars deluditur arte.
Noli homines blandos nimium sermone probare;
Fistula dulce canit, volucrem dum decipit auceps.
Quae culpare soles, ea tu ne feceris ipse;
Turpe est doctori, cum culpa redarguit ipsum.
Quod justum est, petito, vel quod videatur honestum;
Nam stultum est, petere id, quod possit jure negari.
Ignotum tibi tu noli praeponere notis;
Cognita judicio constant, incognita casu.
Vincere quum possis, interdum cede sodali,
Obsequio quoniam dulces retinentur amici.
Ne dubites, quum magna petas, impendere parva,
His etenim rebus conjungit gratia caros.
Litem inferre cave, cum quo tibi gratia juncta est;
Ira odium generat, concordia nutrit amorem.
Quem superare potes, interdum vince ferendo;
Maxima enim morum semper patientia virtus
Dapsilis interdum notis, charis et amicis
Cum fueris dando, semper tibi proximus esto.
Si potes, ignotis etiam prodesse memento;
Utilius regno est, meritis acquirere amicos.
Quod pudeat, socios prudens celare memento,
Ne plures culpent id, quod tibi displicet uni.
Nolo putes pravos homines peccata lucrari;
Temporibus peccata latent et tempore parent.

Jestliže s kým kdo sobě šepcj, naslýchati nedbej;
Zlé svědomí sobě míti musí, kdo vždycky naslýchá.
Dáli ti dar kdy jaký kdo z přátel upřímně chudičkých,
Přijmi milou tváří, poděkuj, až i pochval ochotně.
Jestliže k vůli lidé nejsou tobě, hleď by nereptal;
Bůhť nevinen, k sobě patř, v bludu svém vinu sám sobě
Což učinit můžeš, toho dvakrát neslibuj od se, [dávej.
By chtěje být zdvořilým, neprokázal být se povětrným.
Kdoť slovy jest vlídný, nebude k tobě z srdce upřímný,
Též ty podobně mu čiň, tak lest lstí odměnu mívá.
Stříci se vždycky lidí pamatuj přílišně lahodných;
Píšťala sladce zní, když ptáčník ptáčata vábí.
Co ty haníš při jiném, toho sám hleď utíkati vždycky,
Hanba, jiné kdo učí, toho sám když též se dopouští
Žádej, což slušné, neb což by se zdálo počestné;
Bláznivě ten žádá, co se můž odepříti, kdo žádá.
Představovat známým se věcem střež vždycky neznámých;
V známých soud a rozum, v neznámých náhoda bývá.
Vyhrát někdy by mohl, nedbej, pusť příteli místo;
Přátelství vlídnost i pojí i celé zachovává.
Vážiti něco nevaž, když chceš kdo vyvážiti něco,
Neb se milost láskou wábí ctných, štědrota službou.
Různic s tím se varuj, sobě s kým ruky lásky podáváš;
Lásku tvrdí svornost, hněv trousí v srdce nenávist.
Závistníka přemoct žádáš? Jen snášej a nech ho;
Vždycky jest nejjistější vítězství snášelivosti.
Štědře činíšli jiným, sobě žádaje přátely získat,
Sám na se též pamatuj! nejbližšís sám sobě přítel.
Stačujeliť možnost, dobře čiň všechněm, i neznámým;
Královská cnost jest dobročinstvem přízně dobývat.
Pilně zataj, do se zlého co vjš, ať hauffně nezačnou
Stíhati tě všickni v tom, což se samému nelíbí.
Hříchu za zisk nikdy žádnému pokládati nechtěj;
Zlý poněkud se tají, pak s hanbou cíle dochází.

Corporis exigui viros contemnere noli;
Consilio pollet, cui vim natura negavit
Quem scieris non esse parem tibi, tempore cede;
Victorem a victo saepe superari videmus.
Adversus notum noli contendere verbis;
Lis minimis verbis interdum maxima crescit.
Invidiam nimio cultu vitare memento,
Quae si non laedit, tamen hanc sufferre molestum est.
Esto animo forti, cum sis damnatus inique,
Nemo diu gaudet, qui judice vincit iniquo.
Litis praeteritae noli maledicta referre;
Post inimicitias iram meminisse malorum est.
Nec te collaudas, nec te culpaveris ipse;
Hoc faciunt stulti, id, quod gloria vexat inanis.
Insipiens esto, cum tempus postulat aut res;
Stultitiam simulare loco prudentia summa est.
Noli tu quaedam referenti credere semper;
Exigua est tribuenda fides, qui multa loquuntur.
Consilium arcanum tacito committe sodali,
Corporis auxilium medico committe fideli.
Judicium populi nunquam contempseris unus,
Ne nulli placeas, dum vis contemnere multos.
Productus testis, salvo tamen ante pudore,
Quantumcumque potes, celato crimen amici.
Fortunae donis parce parere memento;
Non opibus bona fama datur, sed moribus ipsis.
Alterius dictum aut factum ne carpseris umquam,
Exemplo simili ne te derideat alter.
Multorum disce exemplo, quae facta sequaris,
Quae fugias; vita est nobis aliena magistra.
Quod nosti haud recte factum, nolito tacere.
Ne videare malos imitari velle tacendo.
Judicis auxilium sub iniqua lege rogato;
Ipsae etiam leges cupiunt, ut jure regantur.

Mdlého vidíšli tělem koho, jím proto nic nepohrdej;
Moc vtipu bytřejší v outlém bývá těle často.
Mášli s nerovným spor, nestyď se ustoupiti někdy;
Mír nese vždycky pokoj, vítězstvj často nejisté.
S přátelským známým nesnadně se v půtku vydávej;
Jiskra malá může dáti oheň, slov nemnoho vádu.
Závistem k sobě cestu strojí, zbytku kdo užívá;
Ač neraní závist, však předce je snášeti těžká.
Mysli udatné buď, odsouzen když jsi nepravě;
Krátká té pře radost, jenž vítězství bere falši.
Svad minulých jako ran scelených znovu jitřiti nechtěj;
Mysli to zlé znamení, neumět nic zlého zapomnět.
Sám se nechval nikdý, ani sám nehaněj sebe nikdy;
Neb toto blázni činí, ono chval žádostivi marných.
Prostákem se dělej, když čas neb potřeba káže,
Jesti časem moudrost veliká tajiti v sobě moudrost.
Vždycky nevěř každému, prosím, kdo něco povídá,
Tím pak méň, čím víc šveholí; mnoho slov, mnoho větru,
Svěř věrnému radu, když potřeba, příteli tajnou,
Lékaři svěř zkušenému zdraví, když potřeba káže,
Sám ty jeden soudem nezhrdej všechněch, aby všechněch
Odporných nepomněl, k sobě všech obrátě nelíbost.
Gestliže být svědkem kdy musíš, zachovej svědomí ctné,
Přitele však nicméně zataj vinu, jakž tobě možné.
Mášli statek, hrdě mít se střež, mírnosti užívej;
Cnost dá čest tobě podstatnou, sama cnost, ne bohactví.
Slov i činů bližního vykládati scestně varuj se,
Příkladem on aby tvým tobě týmž oddávati nezvykl.
Z příkladů uč se jiných, co činit neb utíkati lép jest;
Slušné jesti, cizí zrcadlem přihody míti.
Cožkoli zlého vidíš, mlčením toho míjeti nechtěj,
Následovat týchž zlých šlepějí aby ctíti se nezdál.
Práva od ostrého k mírnému ty soudci appelluj.
Soudně ať obměkčí ostrost, jak právo trpět může.

Inter convivas fac sis sermone modestus,
Ne dicare loquax, dum vis urbanus haberi.
Quod donare potes, gratis concede roganti;
Nam recte fecisse bonis in parte lucrorum est.
Cum tibi proponas animalia cuncta timere,
Unum hominem tibi praecipio plus esse timendum.
Auxilium a notis petito, si forte laboras;
Non quisquam melior medicus, quam fidus amicus.
Cum tibi vel socium vel fidum quaeris amicum,
Non tibi fortuna est hominis, sed vita petenda.
Cum sapias animo, noli irridere senectam,
Nam quicumque senex, sensus puerilis in illo est.
Perspicito tecum tacitus, quid quisque loquatur;
Sermo hominum mores et celat et indicat idem.
Parce laudato, nam, quem tu saepe probaris,
Una dies, qualis fuerit, monstrabit amicus.
Demissos animo tacitos vitare memento;
Qua flumen placidum est, forsan latet altius unda;
Contra hominem justum prave contendere noli,
Semper enim Deus injustas ulciscitur iras.
Cede locum laesus fortunae, cede potenti!
Laedere qui voluit, prodesse aliquando valebit.
Damnaris nunquam post longum tempus amicum;
Mutavit mores? sed pignora prima memento.
Gratior officiis, quo sis mage carior, esto,
Ne nomen subeas, quod dicitur: officiperda.

Caput IV.

Officia erga familiam.

Nil temere uxori de servo crede querenti;
Saepe enim mulier, quem conjux diligit, odit.
Si tibi sunt nati, nec opes, tunc artibus illos
Instrue, quo possint inopem defendere vitam.

Kdyžs při jiných, zvlásť při hodech, mírný v řeči bývej,
By, zdvořilým chtěje býti, žvavým snad nebyl nazýván,
Což komu dáti můžeš, dávej třeba darmo prosícím,
Dobře činit dobrým, nemalý to za zisk se počítá.
Potřebu znášli se bát divokých živočichů, i ovšem
Boj divokých se lidí; litá jest šelma člověk zlý.
Jestli jaké pomoci strádáš, přítel ti pomůže;
Lepší nemůž býti lékař, jako přítel upřímný.
Buď k tovaryšství, buď k přátelství když koho žádáš,
Statku nehleď, než skutku pošetř, jak poctivě kráčí.
Sám jsili muž maudrý, starců vysmíwati nechtěj,
Neb dětiní obyčejně staří; snes mdlého ty silný.
Co kdo mluví, hleď dáti pozor, šetrnosti nabývej;
Neb lidskou slova mysl malují, řeč srdce vynáší.
Když chválíš koho, chval mírně, neb často jeden den
Může omyl vyjevit, že nebyl, jako mněl cele přítel.
Zasmušilých, přílisně tichých hleď střjci se tváří;
Ráda tichá břehy podmílá voda, ráda se víří.
Čí při pravou být znáš, proti té co začínati boj se;
Bůh nepravost takovou má zvyk svým stíhati soudem.
Ustupuj obražený, silnému s cesty jdi mdlejší;
Kdoť škoditi dnes mohl, zítrať zase prospěti může.
Nikdy živ zle nebuď s dávným svým přítelem, ačby
Však proměnil se v jiné, pamatuj však přízně prvotní.
Viz, komu dobře činíš, viz a opatrnosti užívey,
Darmotratem tebe hodnější by nenazvali hodně.

Kapitola IV.

Jak se náleží chovati k čeledi.

Snadně nevěř ženě, kdyžť o dobrém čeledínu nedobře
Šepce, ne vždycky milý ženě jest ten, kdož muži bývá.
Mášli děti a k nim statku nemáš, uměním je
Uč, aby poctivě jdauc tak mohli se bráníti nouzi.

Servorum ob culpam cum te dolor urget in iram,
Ipse tibi moderare, tuis ut parcere possis.
Utile consilium dominus ne despice servi;
Nullius sensum, si prodest, tempseris umquam.
Rebus et in censu si non est, quod fuit ante,
Fac, vivas contentus eo, quod tempora praebent.
Uxorem, fuge, ne ducas sub nomine dotis,
Nec retinere velis, si coeperit esse molesta.
Conjugis iratae noli tu verba timere;
Nam lacrymis struit insidias, dum foemina plorat.
Uxoris linquam, si frugi est, ferre memento;
Namque malum est, nil velle pati, nil posse tacere.
Aequa diligito caros pietate parentes,
Nec matrem offendas, dum vis bonus esse parenti.
Verbera cum tuleris discens aliquando magistri,
Fer patris imperium, cum verbis exit in iram.
Cum fueris servos proprios mercatus in usus,
Et famulos dicas, homines tamen esse memento.
Cum tibi sit conjux, nec res et fama laboret,
Vitandum ducas inimicum nomen amici.

Caput V.

De mortalitate.

Fac tibi proponas, mortem non esse timendam,
Quae, bona si non est, finis tamen illa malorum est.
Ne timeas illam, quae vitae est ultima finis;
Qui mortem metuit, quod vivit, perdit et ipsum.
Cum dubia incertis versetur vita periclis.
Pro lucro tibi pone diem, quicumque sequetur.
Linque metum lethi, nam stultum est tempore in omni
Dum mortem metuis, amittere gaudia vitae.
Cum dubia et fragilis sit nobis vita tributa,
In morte alterius spem tu tibi ponere noli.

Jestliže hněv prudký proti tvým tě napadne domácím,
Měj se na uzdě, není s pochvalou, lvem v svém domě
Příhodné sobě važ rady, byť ji sluha podával; [býti.
Zdáním žádného, když jest k věci, nezhrdey ovšem,
Důchodovéť mizejí? že není, jakž bývalo někdy?
Přijde na tom přestat, což dává chvíle nynější.
Chceš se ženit? pro věno ach se nežeň, leč chcešli paní
Netrefnau, a jí býti manem; jest řídko jináče. [mít
Rozhněvané ženy slov se neboj, nech jak chce naříká;
Pláčem a stýskáním strojitiť ony zálohy zvykly.
Snes manželky jazyk, k dobrému tě když napomíná;
Snést neumět, ni mlčet, špatné muži jesti hrdinství.
Cos rodičům povinen, zaroveň oddávati šetře,
Matky nekormuť, kdyžby otec proti matce činil co.
Snášels kárání někdy školního mağistra?
Pročby nesnesl tolikéž kárání otce milého?
Když sobě své za peníze koho, byť poddaně slaužil,
Koupíš, slouhu nazov, člověkem však býti ho pomni.
Když ženu máš cnostnou, stud i dům na stráži mající,
Medle za přítele nechtěj mít toho, kdož tě vadí s ní.

Kapitola V.

O smrtedlnosti.

Ztuž mysl, nic se neboj, nelekej, nestraš smrti žádné,
Z njž nejinéholi máš co čekat, věru konce neřestí.
Proč o život se bojíš? běh musí cíle dojíti;
Zdaž udržíš bázní? drže brž jej v ztrátu ti přijde.
Kdož dal ubezpečení životem mezi pastmi chodícím?
V zisk tedy každý den sobě měj, měj následující.
Nech smrti bázně, radímť, poněvadž zniknouti nemožné;
Když se bojíš, co minouti nemůž, tím více se trápíš.
Kdyžť všechněm dává se život nám právě nejistý,
Jistě cizí naději smrti jest sobě skládati marnost.

Morte repentina noli gaudere malorum;
Felices obeunt, quorum sine crimine vita est.
Tempora longa tibi noli promittere vitae,
Quocumque ingrederis, sequitur mors, corporis umbra.
Suspectus caveas, ne sis miser omnibus horis,
Nam timidis et suspectis aptissima mors est.
Hoc bibe, quod possis, si tu vis vivere sanus,
Morbi causa mali est homini quandoque voluptas.
Miraris verbis nudis me scribere versus?
Haec brevitas sensus fecit conjungere binos.

Breve praeceptum morale.

Cum steteris coram dominis, haec quinque tenebis:
Junge pedes, compone manus, caput erige, vultu
Ne dispergaris, nisi jussus pauca loquaris.

Zlých z smrti nic se lidí neraduj, když náhle připadne,
Sám šťastný, k smrti kdo jsa hotov, jakkolvěk umírá.
Sám životem dlouhým se nekoj, smrti vzdálené neklaď;
Kamkoli sám kráčíš, jako stínť všudy tak v boku kráčí.
Býti podezřele živ nechtěj, nebo věc to mizerná,
Býti co pod pastí, na tě když kdož jakkoli číhá.
Nápoje tak a potud, jak potřeba káže, užívej.
Za zbytkem jde nemoc, i smrt sama z zbytku pochází.
Snad se divíš, prostým žeť sem vypsal toto veršem?
Tak to pojit párem veršíčků kázala krátkost.

Krátké o mravích mládenečka naučení.

Když před lidmi stogíš, na to šestero pilně pozor dej:
Spoj nohy, též ruce slož, hlavu přímo drž, ústa zavírej,
Všech zanechej lelků, středně mluv, když se otáží.

Oprawa omylů.

Na stránce	3.	*řádek*	13.	*místo* tentýž,	*stáj* tentýž,)
-	7.	-	24.	- dlauhém	- dlouhém
			26.	- Jsauť	- Jsouť
			30.	- napjná.	- napíná.
-	11.	-	6.	- svau.	- svou.
			14.	- maudrost,	- moudrost,
-	15.	-	1.	= šepcj	- šepcí.

V latině zůstalo na několika místech přehlédnutím n *místo* u, *což čtenář laskawě opraw.*